

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Iconothèque](#)[Collection Série C - 1616. Filippo Ferroverde, \*Mythologiae libri\* \(Padoue\)](#)[Item](#)[Mythologia, Padoue, 1616 - 28 : Diane et ses nymphes](#)

## **Mythologia, Padoue, 1616 - 28 : Diane et ses nymphes**

### **1 médaillon**

**Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)**

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

**Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, *Nove Imagini degli dei* (Padoue)**

[Nove Imagini, Padoue, 1615 - 032 : Diane et ses nymphes](#)  *a pour reproduction ce document*

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)





eleæ que tum etiam maneat adnixam, edidisse ea numina Deorumque monitu sacratum nempe, atque ipsum illic Apollinem post interfectionem Cyclopi Iouis iram manasse. Hanc Cereris & Dionysi & ipsa & Apollinem fuisse filios scribit Herodotus ex Aegyptiorum sententia, ac Latona fertur illorum fuisse matris, ut patet in his: *Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Ἄρτεμιν Διονύσει καὶ Ἰσίδι λέγουσιν εἶναι παῖδας, αὐτῶν δὲ τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σῶστριν γενέσθαι. Apollinem vero & Dianam Dionysi & Isidis filios esse inquit: ac Latonam eorum nutricem & sexuatricem fuisse asserunt: quam opinionem secutum postea Aeschylum inquit Herodotus Dianam Cereris filiam appellasse, cum Ceres dicta sit Isis ab Aegyptiis, ut testatur Pausanias, in Arcadicis. Alii Cœci Titanis & Phœbes filiam putarunt. Cum matres omnes Diana auerfaretur, quia viderat quæ passa erat mater, cum obstetricata est, impetrata patre Ioue ut perpetuam virginisatem servare posset, ut apparet ex his Callimachi carminibus:*

*Δότι μοι πατρὸς θεῖον αἰώνιον ἀπτα σὺ λάσσειν.  
Da mihi perpetuam ut sim virgo, da pater alma.*  
Arcus præterea & sagittas & puellas socias sexaginta Oceanas, & alias viginti, quæ illi æque cohabitantesque & canes curarent Iupiter postulanti tribuit; deditque venationibus præ-

esse, & viis, & portibus. quod patet ex his apud Callimachum:

*καὶ μὲν ἀγυῖαις  
Ἐ' ὤῃ καὶ λιμνῶσιν ἐπίσκοπος.*  
Nam præfecta viis & portibus ipsa fereris.

Quæ quoniam venationibus delectaretur, Didymna vocata fuit à rebus: nam *διδυμνῶν* retectæ apud Græcos. Sicut enim illam nominari inquit à nymphis Callimachus in lauacrum Dianæ & Ovidius lib. 2. mutationum. *Ecce suo comitata choro Didymna per altum Manalon ingrediens, & cade superba ferarum, Aspicit hanc.*

Cuius etiam cognomen fuit *ἰσχυραία* apud Græcos, quia sagittis delectaretur quibus infestaretur feras, ut eam nominavit Hesiodus in Theog.

*αὐτῶν δ' ἀπόλλων, καὶ Ἄρτεμιν ἰσχυραία.  
ἰμπεριεῖντα γένον περὶ πάντων ἄρ' αἰνῶν,  
ἔβινετ' ἄρ' αἰγιόχοιο δ' ἰδὸς φιλοῦντι μεγίστη.  
Nascitur hinc Phabus, gaudens, Diana sagittis  
Figuora Latona, peperit clarissima Divum  
Hæc Latona Ioui magno composita in amore.*

Fabulantur hanc per imprudentiam verando, Cenchriam Pirenes nymphæ fistum interemisse; quare cum Pireneum lugeret, tantam vim lacrymarum profudisse, ut in fontem sui nominis sit conuersa. Cui venationibus præ-